



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jacobi Lobbetii Leodiensis E Societate Iesv, De Fortitvdine Et Constantia Christiana Libri Tres

Lobbet de Lanthin, Jacques

Leodii, 1640

Lectori Benevolo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49140](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49140)

LECTORI
BENEVOLO.

S*t mihi de Fortitudine, Constantiaq̃ Christiana brevis disceptatio, in qua ne me damnes, Amice Lector, quasi actū agam. Scio Viros magnos, Scriptoresq̃ illustres in id fere argumenti genus incubuisse. Lipsius à Doctis ingenij monumentis orbi notissimus, duos Libros inscripsit de Constantia in malis publicis. Theophilus Rainaudus è Societate Iesu calamū longius duxit, atq̃ etiam*

LECTORI BENEVOLO.

etiam de privatis malis multa
fusè, doctèq; in Posteris emisit;
uti & alij, quos in presentia
taceo. Quid igitur ab illis re-
liquum, inquiet unus aliquis?
omnino permultum. Est enim
eius generis argumentum il-
lud, in quo ut copiosè dixeris,
supererit tamen quod efferas
copiosius. Et verò ab illis ali-
quid novi edere me credo;
quamvis de materia nō nova.
Nam etsi Authores illos, a-
liosq; legissem ipse studiosius,
ex iis tamen omnino pauca, ex
Collectaneis meis quampluri-
ma eam in rem congressi; tibi-
que

LECTORI BENEVOLO.

*que reddenda putavi, beneuo-
le Lector, ut in malis, quæ nos
velimus, nolimus impetunt, a-
liqua habeas, si non tollendo;
at saltem leniendo doloris sen-
su. Quod si assequor, & meo,
& tuo etiam calculo rem uti-
lem fecero.*

LIBER

